

Bohemia in bello, sicut premititur, per Rodolphum
regem Romanorum fuerat interemptus, interveni-
entibus amicis de pace tractantibus idem Radul-
phus Wenzelaum dicti regis Bohemie mortui filium
Hist. imp. recepit in gratiam, cui etiam filiam suam in ma-
hol. trimonio copulavit. Sed Albertum filium suum
ipse Radolphus de ducatu Austrie investivit.
Qui quidem Albertus postmodum regnavit in
regno Romanorum, sicut in sequentibus apparebit.

Circa haec tempora Engelbertus comes de Marka
a nobili Hermannus de Bregdervort captus in
1277 nov. 16. carcere et vinculis est extinctus. || c c c

Inter haec quoque Wilhelmus comes Juliacensis
anno scilicet Domini 1278 urbem Aquensem
marb. 17. Syfrido Coloniensi archiepiscopo furi confedera-
tam dolo minus obtinere cum multis armatis
improvisè fuit ingressus. Sed civitas mox ad
arma concurrentibus, bello cruento in medio
foro commisso, dictus comes cum suo filio
primogenito una cum 468 militibus satelliti-
bus extitit occidatus. || c c c

Eisdem temporibus tota Sicilia rebellans Carolo
regi suo, quem Urbanus papa IV. contra Con-
stinos Frederici videlicet imperatoris II. ^{a)}successores
a') Fredericum videlicet imperatorem ^{cod.}

1) cf. Lervoldi de Northof chron. com. de Marca a. a. 1277